



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1838

XIV. Der Markgraf Otto und Konrad Schutzbrief für das Kloster, v. J. 1293.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54294](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54294)

Necessarium fore dinoscitur et vtile, gesta temporalia ydoneorum virorum testimonio et approbata scriptis perhennari, ne obliuioni committantur. Notum hinc esse volumus vniuersis, Quod zabellus de plawe, miles nobis dilectus, Cum sua filia alheyde, deo deuota, ad commendabilem habitum claustrum stepenitz recepta et vestita, Cenobio ibidem quatuor mansos, sitos in disterminis ville blesendorp, de consensu filiorum suorum dederat et Coram nobis resignauerat, sicut ipse possedit et habuit, pacifice perpetualiter possidendos. Nos vero necessitatem et defectum prenotati personarum Cenobii inscientes, etiam cultum et dei seruimina augeri Cupientes, sano nostrorum Consiliariorum Consilio accedente, prefatis in stepenitz claustralibus tactos quatuor mansos, ad resignacionem zabelli, militis de plawe iam recitati, contulimus eisdem, et dictorum quatuor mansorum proprietatem Cum omnibus suis pertinenciis dedimus, animarum nostrarum progenitorum ob salutem, omnimodam libertatem apponentes. Ne igitur huius libertas a nostris successoribus perpetuis temporibus seu ab aliquibus aliis infringatur, Tenorem hunc litterarum sigilli nostri robore mandauimus communiri. Testes hujus facti sunt yo. de koninegesmark, Johannes et otto de stendal, Conradus de quitzow, heyno de wolde et quam plures alii fideles milites et honestorum virorum multitudo. Datum wizstock, anno domini M^o CC^o LXXXI^o, quarto Idus aprilis.

Nach dem Original, woran das Siegel fehlt.

XIII. Die Edlen Herrn Otto und Günzel Gans vereignen dem Kloster zwei Hufen zu Krumbeck, die ihr Vasall Heinrich Sagittarius demselben geschenkt, im J. 1291.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. Nos Otto et Guncellinus, domini de Potlest, omnibus hoc scriptum uisuris vel auditoris salutem in omnium saluatore. Recognoscimus protestantes, hiaricum, sagittarium dictum, duos mansos in villa Crumbeke nobis ad manus propositi et Conuentus de stepenitz libere resignasse. Nos quoque pro remedio animarum nostrarum prefato Conuentui eorundem mansorum proprietatem contulimus perpetuo possidendam, et hoc presentibus protestamur. Testes nujus rei sunt: h. plebanus de Potlest, Jo. de stendele, R. dictus hunger, Rauen, de wozten, milites, et ceteri fide digni. Datum potlest, anno domini M^o CC^o nonagesimo primo.

Nach dem Original, woran das Siegel fehlt.

XIV. Der Markgrafen Otto und Konrad Schutzbrief für das Kloster, v. J. 1293

Nos Otto et Conradus, dei gratia brandenburgenses et de Landsbergenses marchiones, recognoscimus presentibus profitentes, quod Cenobium stepenitz et Conuentum ejusdem ac ipsius prouifores in nostram protectionem recepimus et tutelam, vniuersos ac singulos attentius exorantes, vt ipsum Cenobium molestare non presumant, sed promoueant potius nostri causa. Nam quitquid commodi ac promotus eidem impensum fuerit, id nobis reputabimus modis omnibus fore factum. Super quod presentes damus litteras nostris sigillis roboratas. Datum Wizstock, Anno domini M^o CC^o LXXXIII^o, die crucis cristi.

Nach dem Original, woran beide Siegel fehlen.